



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1736**

**VD18 90103165**

§. XXII. Die General-Staaten intercediren vor die Reformirten.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53029)

1647.  
Januar.

Ehmsheim, man könne die Possess auf dieses Jahr, um des willen nicht stellen, weil dem Fürsten, Johann zu Anhalt, dadurch präjudiciret würde. Diesem

Voto fielen hernach noch mehrere bey, und wurde die Bestimmung eines gewissen Termini Critici in dieser Sache verworfen.

1647.  
Januar.

§. XXII.

Die General-  
Staaten in-  
tercediren  
vor die Refor-  
mirten.

Damit wurde es eine Zeitlang stille: Weswegen die Reformirten, durch Hülffe der General-Staaten, die Sache zu betreiben suchten, welche das sub N. I. an-

liegende Schreiben dieserhalb an die Evangelische Reich-Stände abgehen lieffen, welche nachgehends die Antwort sub N. II. darauf ertheilten.

N. I.

Memoriale derer Staatlichen Gesandten, an die Evangelischen Reichs-Stände, wegen Herstellung des Reformirten Religions-Exercitii, vor denen, in den Stifftern Münster, Osnabrück und Minden angehörenden von Adel.

*Illustres, Generosi, nec non Nobiles, Amplissimi ac Consultissimi Domini Sc.*

N. I.  
Der Staatli-  
chen Gesand-  
ten Memo-  
riale.

Quanto affectu, quibus curis & assiduis laboribus Ordines Generales Foederatarum Belgii Provinciarum, contendant Pacem stabilire fidam & perpetuam, atque salutare illius fontis fructus ad omnes vicinos, ac praecipue Evangelicam veritatem in Imperio Romano amplectentes derivare, Legationis nostrae acta demonstrarunt & Excellentissimis ac Dominationibus Vestris Vestris sincera illa & constans Ordinum Generalium voluntas manifeste constat, atque, ut Excellentissimae ac Dominationes Vestrae Vestrae ad Pacem in universo Romano Imperio promovendam, ac praecipue ad reducendam ac firmendam inter Evangelicos fidam & fraternam concordiam, omnibus viribus incumbant, afflictis tot annos ingentibus externorum & civilium bellorum calamitatibus Reipublicae Christianae res postulat, & praedictis Dominis Ordinibus gratissimum est intelligere. De necessitate & utilitate fidae & fraternae hujus concordiae frustra est eloqui apud eos, qui Spiritu concordiae & affectu amicitiae ducti, quid e re atque utilitate communi sit, accurate perpendunt, & omnia huc spectantia probe aestimare didicerunt. Nostrum interponere iudicium vel consilium dare non praesumimus, sed candidam & incorruptam amicitiam profitentes, hoc subjungimus, omnibus curis atque cogitationibus necesse esse eo tendere, ut evitentur inter Evangelicos separationes, instrumenta periculorum & dissipationum; & sinceram conjunctionem optantibus utilia sunt media, quae ad metam istam quam facillime ducunt, quorum primum ac tutissimum est, aequalitas inter aequales, certum concordiae vinculum & firmum tranquillitatis fundamentum. Urget illam aequalis dignitatis atque status ratio, mutuae defensionis conditio & fides, periculorum omnibus ex aequo aut gradatim imminentium magnitudo, & par metus, sicut praeterita & moderna exempla non obscure demonstrant, aliis fatentibus se invariatae Confessioni accedere, aliis protestantibus se variaram nescire & Confessioni Anno 1530. Augustae exhibitae ac à Scatibus Evangelicis sine discrimine nominis defensionis subscribere. Certe, quos conjungit Evangelii veritas, ne illos dividat, aut discrimini publico exponat pra-concepta studiorum & affectuum discrepantia, sed ut in fida ac diuturna conjunctione subsistant, admonet eadem salus & necessitas, & optimum erit di-

1647.  
Januar.

visionis impedimentum æqualitas & reciprocatio, quam Serenissima & Potentissima Regina Sueciæ, ut præfens præsentibus malis remedium prudenter & accurate proposuit, & dignum erit prudentis Excellentiarum & Dominationum Vestr. Vestr. illam æqualitatem & reciprocationem maturo consilio in communem Evangelicorum utilitatem convertere, atque ut hujus fraternæ conjunctionis, amicitia & unionis inter omnes Evangelicos vinculum Excellentiss & Dominationibus Vestr. Vestr. officiose & sedulo commendaremus, curæ fuit Dominis Ordinibus Generalibus, quibus fida & intemerata intercedit cum Imperio Romano vicinitas & amicitia, & qui cum Excellentiss & Dominationibus Vestr. Vestr. mutuo Religionis nexu ligati ex animo desiderant, ut oprata & fraterna illa inter Evangelicos in Imperio & conjunctio & æqualitas, in hoc celeberrimo Conventu restituatur & restituta sine fraude conservetur, sicuti etiam nomine Dominorum Ordinum prædictorum officiose commendamus, ut liberum Reformatæ Religionis exercitium restituatur Nobilibus, quot in Dicecesibus *Monasteriensi, Osnabrugensi, Mindensi* in ædibus suis privatis habuerunt, & sicut intemerato illo concordia nexu Provinciæ Fœderatæ tot annos, DEO favente, immensam belli molem contra Regem potentissimum sustinere; ita hæc conjunctio Evangelicorum, per Dei gratiam obtemperata, non dissimiles produceret effectus ad Pacem universalem Imperio restituendam, & contra illos, qui ad turbandam Pacem res novas molientur, maximum adferret momentum, & prædicti Domini Ordines Generales propensis semper studiis præstarent omnia officia, quæ ad removenda novarum discordiarum semina & Pacem conservandam à bonis atque fidelibus amicis & vicinis poterunt desiderari. Dabantur Monasterii 10. Januarii Anno 1647.

1647.  
Januar.

Excellentiss ac Dominationibus Vestr. Vestr.

ad omnia grata officia paratissimi

Bartold de Gent, Johann von Matenes,  
Adrian Pau, J. D. Gnuyt, Johann  
Reede, F. v. Dima, N. Ripperda  
Adr. Glant.

Ad Sacri Romani Imperii Electorum,  
Principum & Statuum Evangelico-  
rum ad Tractatus Pacis universalis  
Legatos & Deputatos Plenipotencia-  
rios &c.

N. II.

Antwort der Evangelischen Reichs-Stände an derer General-Staaten  
Abgesandten, in causa Reformatorum.

*Præpotentium Ordinum Generalium Fœderatarum Belgii Provinciarum ad  
præsentes Pacis Tractatus Universales Domini Legati Spectatissimi.*

N. II.  
Der Evange-  
lischen Ant-  
wort darauf.

Illustres & Excellentissimi Domini. Perlubenter ex literis Excellentiarum Vestrarum accepimus, Confœderati Belgii consilia eo maxime tendere, ut Orbis Christianus optata Pace refocilletur; Nec minus Evangelici Ordines in hisce Comitibus Universalibus sedulo commisi sunt, ut sopitis dissidiis, Pax in Germania propediem coeat; nec Nobis quicquam contingere poterit optatius, quam ut Evangelici unanimiter beneque invicem con-

con-

1647. *Januar.* convenient, & quæ ab adversariis usque dum imminuerunt pericula conjunctis consiliis animisque amoveantur, adeoque Reformati, qui dicuntur, publicis legum præfidiis in tuto pariter collocentur. Quod uti nos jam tum ab initio desideravimus, ita Excellentia Vestra re ipsa experientur, literas suas apud nos pondus habuisse maximum; At res non est nostri solius arbitrii; sed Romano-Catholicorum quoque requiritur consensus. Interim hoc ipsum significandum duximus.

Excellentias Vestras de cætero Divinae protectioni fideliter commendantes. Dabantur Osnabrugis d. 11. Febr. An. 1647.

Excellentiis Vestris

ad omnia grata officia paratissimi

Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & Statuum Augustanae Confessioni addictorum ad Tractatus Pacis Universales Legati.

§. XXIII.

Der Evangelischen erste Projecten über solchen Articul.

Dieses veranlassete, daß einige Projecten gefertigt wurden, wie dann der Passus, von Einschließung der Reformirten, in das künfftige Instrumentum Pacis etwa eingerücket werden könnte. Es übernahmen solche Arbeit die Magdeburgischen, Fürstlich-Sächsischen, und Braunschweig-Lüneburgischen Gesandten, welche die sub N. I. II. & III. hier beygefügte Projecten verfasseten, und daraus mit den Schwedischen communicirten, welche das letztere, nemlich der Sächsischen Gesandten ihres, approbirten.

N. I.

Notul des von Einsiedel, Magdeburgischen Gesandten.

Reformati Status iisdem cum Augustana Confessione addictis, ex Pace Religionis juribus descendentes gaudebunt, Pactis tamen de Religione ejusmodi Exercitio cum subditis initis & Reverfalibus ubique ratis manentibus. Et si posthac terram aliquam Augustana Confessione imbutam, ad Principem vel Statum Reformatæ Religionis, vel vice versa, devolvi contingat, neutra pars nisi ex consensu subditorum Reformationem suscipiat.

N. II.

Notul D. Lampadii, Braunschweig-Lüneburgischen Gesandten.

Reformati Status Pacis quoque Religioe sint participes, ratis tamen manentibus Pactis, quæ Evangelici Status cum suis subditis jam tum de Exercitio publico inierunt, aut posthac sunt inituri. Si autem Provincia, ubi jam Reformatæ Religio publice exercetur, Augustanae Religionis Statibus jure Successionis aut alio Titulo accefferit, liceat quidem in iis publicum Exercitium introducere, sed tamen pariter usitatum jam Exercitium per-